



Martinus ex nobili familia de Schauuenburg natus est anno 1525. Hic præclara īdole p̄reditus, doctis præceptoribus instituendus traditur. Ab ijs cum prima artium fundamenta iecisset, sese quoq; hinc inde ad Academias contulit, & hominum mores cognoscere uoluit. Postea ad Eysteten sem Ecclesiam peruenit, & ob plurimas uirtutes eius collegij Decanus constitutus fuit. Eam functionem is tanta animi moderatione peregit, ut eius loci Episcopo defuncto, ipse omnium suffragio ad eam eminentiam peruererit. Itaq; ipse in primis religionis curam suscepit, & ut omnia decenter & ordine peragerentur, instituit. postea quoq; templaruinā minantia renouauit, et ut pax cum uiciniis retineret, unicē studuit. Vnde his uirtutibus effecit, ut subditi ipsius eum plurimū amarent, & patris loco uenerarentur. Cum anno 1565 in eo loco essem, Martinus adhuc p̄fuit, & suo exemplo reliquos ad pietatem incitauit, id quod D. Heinricus Muntzingerus, celebris eius loci Medicus pluribus uerbis & exemplis enumerauit. **A-**nonymos.